



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Epistolarvm Innocentii III. Romani Pontificis Libri Vndecim

Innozenz <III., Papst>

Parisiis, 1682

Sacramentvm Fidei Ab Ottone exhibitum.

urn:nbn:de:hbz:466:1-20006

In eundem modum Potestatibus, Consulibus, & populis civitatum Tusciae ad imperium pertinentium.

VVALTERO PATRIARCHA
Aquelegensi.

Epist. 186.

GRatum gerimus & acceptum quod ad mandatum nostrum carissimo in Christo filio nostro illustri Regi Ottoni in Romanorum Imperatorem electo fideliter adhæstisti, quodque ad mandatum ipsius suscepisti legationem pro ipso in Italia exercendam, cum pro certo credamus quod hujusmodi legationis officium ad honorem & profectum tam Ecclesie quam imperij tamquam mediator idoneus intendas utiliter exercere. Ut autem id validius exequaris, ecce juxta petitionem tuam scribimus Potestatibus, Consulibus, & populis civitatum Lombardie ac Tusciae ad imperium pertinentium prout magis vidimus expedire. Super eo verò quod de terra Comitissæ Mathildis nobis per latorem præsentium intimasti, hoc tibi duximus respondendum, ut eam ex mandato prædicti Regis repetas nomine nostro, & ad opus Ecclesie Romanæ recipias, si fuerit restituta, cum idem Rex eam nobis recuperare promiserit, sicut apparet ex rescripto litterarum suarum, quarum tenorem præsentis pagina tibi mittimus interclusum; quem per omnia te volumus observare, ne contra promissum ipsius & contra jus nostrum te forte, quod absit, venire contingat. EGO OTTO &c. ut supra epist. LXXXVI. usque Lodoyci. Datum Laterani &c. ut supra.

LITTERÆ REGIS OTTONIS
illustris in Romanorum Imperatorem electi
ad Dominum Papam.

Epist. 187.

Reverendo in Christo Patri Domino Innocentio sacrosanctæ Romanæ Ecclesie summo Pontifici, Otto Dei ac sui gratia Romanorum Rex & semper Augustus, salutem & debitum filialis dilectionis affectum Nuntij nostri M. Notarius noster & magister Hug. Capellanus noster, quos ad vestram destinaveramus præsentiam, ad nos reversi, nobis intimarunt cum quanta ipsos receperitis alacritate, & quod exaltatio nostra & honoris nostri promotio, quam per eos intellexistis, & gaudium vobis multiplex generavit & de agritudinis molestia, qua tenebamini, personam vestram ad pristinam reduxit sanitatem. Quapropter paternitati vestre immensas exsolventes gratiarum actiones, scire vos volumus certissimè quod optatos eventus nostros post Deum vobis adscribimus, & omnem gloriam qua divina nos dignata fuerit clementia sublimare cum Romana Ecclesia habere semper cupimus pro indiviso, non immeritò perpendentes quod ipsa nullo unquam in tempore suum nobis subtraxerit auxilium & favorem. Siquidem vestre sanctitati duximus intimum à quibusdam veridica nos accepisse relatione quod filius Imperatoris Henrici damnus & malus nobis velit, & ut nostram & imperij turbare valeat quietem, idem quoscunque potest & precibus & promissis ad hoc inducit & hortatur. Unde cum imperij tranquillitas & regie eminentie finalis promotio à vestra adhuc, sicut hæcenus, prudentia pendere videatur, apostolatus vestri æquiritatem omni precum instantia rogamus & monemus, supplicantes vobis quatenus præfato puero consiliam & auxilium vestrum ad sua contra nos subtrahatis negotia, & ea que sibi ad præsens expedire possint, sicut de vobis confidimus, nullatenus faciatis, sicut nobis & vobis utile erit, usque dum Deo auxiliante nos ad partes Italie & ad vos veniamus, personaliter vobiscum collocuturi. Sicut enim hucusque in negotiis imperij per omnia vestris obtemperavimus consiliis & mandatis, sic quoque deinceps quæcunque jusseritis non recusabimus; & si Deus ali-

quando optate præsentia vestra copiam nobis dederit, nos juxta consilium vestrum pro communi commodo & pace Ecclesie cum sæpèfaco puero ad honorem imperij & ipsius componere curabimus utilitatem. Cetera præsentium lator dilectus filius familiaris Notarius noster magister H. cujus dictis fidem adhibeatis indubitamam.

ILLVSTRI REGI OTTONI
in Romanorum Imperatorem electo.

Epist. 188.

Cum carissimus in Christo filius noster Fredericus Siciliae Rex illustris tam ex paterna quam materna dispositione finali sit apostolicæ curæ ac tutelæ relictus, ipseque totum regnum Siciliae à Romana teneat & recognoscat Ecclesia, sicut idem nobis, tamquam vassallus domino, ratione fidelitatis debet astringi, sic nos eidem, tamquam dominus vassallo, ratione legalitatis debemus adesse. Unde super iis quæ ad regnum ipsius pertinere noscuntur nec volumus nec debemus ei nostrum subtrahere auxilium vel favorem, cum secundum Apostolum omnibus simus in justitia debitores. Porro nec ipsi nec alij nostrum contra te disposuimus favorem vel auxilium impertiri, quem tantopere studuimus promovere; cum pro certo speremus quod, sicut per tuas nobis litteras intimasti, tuos optatos eventus post Deum nobis adscribas, & omnem gloriam qua te divina dignata fuerit clementia sublimare cum Romana velis Ecclesia pro indiviso semper habere, absque dubio recognoscens quod deficientibus ceteris, ipsa tibi nunquam subtraxerit, sed suum semper intenderit auxilium & favorem. Receptis igitur & intellectis apicibus quos per dilectum filium latorem præsentium regalis nobis sublimitas destinavit, hoc tibi duximus rescribendum, quod de plenitudine gratiæ nostræ securus, de qua nec debuisti nec debes aliquatenus dubitare, tuam secundum Deum exerceas potestatem; cum quo si corde puro rectè processeris, ipse in viam salutis & pacis diriget gressus tuos. Datum Laterani v. l. Idus Martij, pontificatus nostri anno duodecimo.

SACRAMENTVM FIDEI AB
Ottone exhibitum.

Epist. 189.

IN nomine sanctæ & individue trinitatis. Otto quartus divina favente clementia Romanorum Rex & semper Augustus. Recognoscens ab eo nostræ promotionis donum misericorditer processisse à quo est omne datum optimum & omne donum perfectum, ipsum ejusque vicarium & sponsam ejus sanctam Ecclesiam disposuimus & decrevimus magnificè honorare; ut qui nobis in præsentem temporale contulit regnum, in futuro quoque tribuat sempiternum. Proinde vobis, reverendissime Pater & Domine summe Pontifex Innocenti, quos pro multis beneficiis nobis impensis sincerissimo veneramus affectu, vestrisque catholicis successoribus & Ecclesie Romanæ omnem obedientiam, honorificentiam, & reverentiam semper humiliter corde ac devoto spiritu impendemus quam prædecessores nostri Reges & Imperatores catholici vestris antecessoribus impendisse noscuntur; nihil ex iis volentes diminui, sed magis augeri, ut nostra devotio clarius emittatur. Illud igitur abolere volentes ab usum quem interdum quidam prædecessorum nostrorum exercuisse dicuntur in electionibus Prælatorum, concedimus & sancimus ut electiones Prælatorum liberè ac canonicè fiant, quatenus ille præficiatur Ecclesie viduarum quem totum capitulum vel major & sanior pars ipsius duxerit eligendum, dummodo nihil ei obstat de canonicis institutis. Appellationes autem in negotiis & causis ecclesiasticis ad apostolicam sedem liberè

libere fiant, eorumque profecutionem five proccffum nul-
lus impedire praefumat. Illum quoque dimittimus & re-
furamus abufum quem in occupandis bonis decedentium
Praelatorum aut etiam Ecclefiarum vacantium noftri con-
fueverunt antecessores committere pro motu propriae vo-
luntatis. Omnia vero fpiritualia vobis & aliis Ecclefiarum
Praelatis relinquimus liberè difponenda; ut quae funt Ca-
fariis Caefari, & quae funt Dei Deo recta diftributione red-
dantur. Super eradicatione autem haereticæ pravitate erroris
auxilium dabimus & operam efficacem. Poffeffiones
etiam quas Ecclefia Romana recuperavit ab antecessoribus
noftris feu quibufcunque aliis antè detentas liberatas & quietas
fibi dimittimus, & ipsam ad eas retinendas bona fide pro-
mittimus adjuvare. Quas vero nondum recuperavit, ad
recuperandum pro viribus erimus adiutores; & quacun-
que ad manus noftras devenient, sine difficultate refi-
tute fatigamus. Ad has pertinet tota terra quae est à Ra-
dicofano ufque Ceperanum, Marchia Anconitana, ducatur
Spoletanus, terra Comitiffa Mathildis, comitatus Eri-
tennorij, exarchatus Ravennae, Pentapolis, cum aliis
adiacentibus terris expreffis in multis privilegijs Impera-
torum & Regum à tempore Ludovici, ut eas habeat Ro-
mana Ecclefia in perpetuum, cum omni iurisdictione,
diftricta, & honore fuo. Veruntamen cum ad recipiendam
coronam imperij vel pro neceffitatibus Ecclefiae ab apo-
stolica fede vocati venerimus, de mandato summi Pontifi-
cis recipiemus procuraciones live fodrum ab illis. Adju-
tores etiam erimus ad retinendum & defendendum Ecclefiae
Romanae regnum Siciliae ac cetera iura quae ad eam perti-
nere nofcuntur, tamquam devotus filius & catholicus Prin-
ceps. Ut autem haec omnia memorato fanctiffimo Pa-
tri nofiro Innocentio facrosanctae Romanae Ecclefiae summo
Pontifici ejusque fuccefforibus per nos & nostros fuc-
ceffores Romanos Imperatores & Reges obtineantur, fir-
maeque & inconcufla femper permaneant, praefens privi-
legium conferiptum majestatis noftrae aurea bulla iufsi-
mus communiti.

Signum Domini Ottonis quarti Romanorum Regis
invictiffimi.

EGO Conradus Spirenfis Epifcopus vice Domini Siffri-
di Maguntini Archiepifcopi & totius Germaniae Ar-
chiepifcopi, regalis aulae Cancellarius, recognovi.

Acta sunt haec anno dominicae incarnationis millesimo
ducentefimo nono, Indictione duodecima, regnante Do-
mino Ottone quarto Romanorum Rege gloriofo, anno
regni ejus undecimo. Datum apud Spiram x. Kalend.
Aprilis.

LITTERAE OTTONIS REGIS
ad Dominum Papam.

REVERENDO in Christo Domino & Patri suo dilectiffi-
mo Innocentio facrosanctae Romanae Ecclefiae summo
Pontifici, Otto Dei gratia Romanorum Rex femper
Augustus, salutem in Domino & totius filialis dilectio-
nis plenitudinem. Cum nos omnem honorem noftrum,
quem obtinendo Romanum imperium, licet cum multo
labore & sudore, post Deum vobis adferimus, non im-
merito nobis de vobis est praefumendum & in fanctitate
vestra est confidendum quod vos de omni prosperitate &
salute noftra sub affectu paterna dilectionis nobis con-
gaudere debeatis. Significamus igitur vestrae fanctitati
quod nos juxta honorem noftrum & imperij feliciter
difpofitis & ordinatis in Alemannia noftris & imperij ne-
gotiis, cum exercitu forti & gloriofo montes magnos
transivimus, & jam ad Padum transmeavimus, procef-
furi ad vos ut recipiamus à manu vestra benedicta bene-
dictionem & consecrationem diadematis imperialis. Re-
cepit denique nuntius vester, quos ad nos transmiseratis,
videlicet Andrea Subdiacono & Clerico vestro, & Thurando
fratre Hospitalis sancti Iohannis, auditis quoque om-
nibus iis quae ipsi nobis ex parte vestra prudenter & discre-
te proposuerunt, & iis plenè intellectis, habito consi-
lio Principum & fidelium noftrorum, nuntios nostros,
honestos & solemnes latores praesentium, dilectos fideles
nostros, videlicet Conradum Spirensis Epifcopum & reg-
alis aulae noftrae Cancellarium, Cunradum Brixinensem
Epifcopum, Iohannem Cameracensem Epifcopum, &
Henricum Mantuanum Epifcopum, & magistrum Hen-
ricum Scholasticum sancti Gereonis in Colonia, Gunze-

Tom. I.

linum Senefcalcum noftrum, Cunonem Camerarium no-
ftrum, H. de Finabache, viros utique providos & hone-
stos, ad praesentiam vestrae fanctitatis duximus destinan-
dos, verbum noftrum ad vos deferendum ipsis pleniffime
committentes. Mandamus igitur vobis & omni precum
vos instantia rogamus ut vos iis omnibus fidem indubita-
tam adhibeatis quae ipsi ex parte noftra vestrae propolue-
runt paternitati.

ILLVSTRI REGI OTTONI IN
Romanorum Imperatorem electo.

QUANTUM auxilij & favoris impenderimus
tibi, cariffime fili, ad imperium obtinen-
dum totus penè orbis agnoscit, & opera pro-
testantur quae perhibent testimonium veritati,
teste veritate quae dicit: *Arbor ex fructu cognos-
citur*, id est, caritas ab effectu. Licet ergo ferven-
tes & efficaces fuerimus ad tuam promoven-
dum honorem tam in principio quam in medio,
longè tamen ferventiores & efficaciores esse de-
sideramus in fine, ut ex omni parte cognoscas
dilectionis affectum quam ad tuam regalem
personam habemus; pro certo sperantes quod
tu semper tanta dilectionis memor existens,
grata nobis curabis viciffitudine respondere;
cum etsi tua nobis devotio valde fit neceffaria,
nostra tamen dilectio multum fit tibi omni tem-
pore opportuna. Recepimus igitur honorabiles
tuae sublimitatis nuntios honorificè ac benignè.
Quibus diligenter auditis, gratum solito more
curavimus dare responsum. Ut autem inten-
tionis noftrae propositum tibi plenius innotef-
cat, mittimus ad tuam regalem praesentiam di-
lectos filios nobilem virum Petrum urbis Prae-
fectum & magistrum Philippum Notarium no-
ftrum, quibus fidem adhibeas super iis quae tibi
ex parte noftra duxerint proponenda, pro-
videns diligenter ut consilium noftrum exequi
non postponas.

OTTO Dei gratia Romanorum Rex & femper Auguf-
tus. Notum fieri volumus univerfis praesentem pa-
ginam intuentibus quod nos juramenta securitatis vene-
rabilibus patribus noftris Innocentio Papa & Cardinalibus
sanctae Romanae Ecclefiae & rerum ipsorum & totius po-
puli Romani in coronatione noftra, illuc eundo, ibi stan-
do, & inde redeundo, quae Principes, Comites, Barones,
nobiles, & alij imperij fideles de mandato nofiro & in
nostra fecerunt praesentia, rata habemus, & ea fecundum
quod in scripto distinctum, & bona fide utriusque est intel-
lectum, nos observaturos promittimus, & firmiter & in-
violabiliter faciemus observari. Datum in castris in Mon-
temalo i. v. Non. Octob. Indictione decimatercia.

SVMMO PONTIFICI.

REVERENDO in Christo Domino & Patri suo sanctiffi-
mo Innocentio facrosanctae Romanae Ecclefiae summo
Pontifici, Otto Dei gratia Romanorum Imperator fem-
per Augustus, salutem & filialis dilectionis plenitudinem.
Desiderium noftrum jamdiu in corde nofiro conceptum
per misericordiam Dei & per gratiam vestram nunc est
adimpletum, videlicet quod faciem vestram vidimus de-
sideratam, & quod à manu vestra benedicta gloriose co-
ronam suscepimus imperialem. Super quo & Deo & vo-
bis, qui vicem ejus geritis, etsi non debitas, quas ta-
men possumus gratiarum apfolvimus actiones. Verum
cum apud vos essemus & apud Viterbiam & hic Romae,
tantum spatium temporis habere non potuimus quod nos
super iis ad plenum vobis loqui non poteramus quae hono-
rem Dei & salutem facrosanctae Romanae Ecclefiae & que-
tem neceffariam totius Ecclefiae respicere videntur. Sum-
mum igitur desiderium super iis loqui vobis habentes,
mandamus vobis & humillima & devotiffima vos precum
rogamus instantia ut vos principaliter propter Deum &

E E e e e

Epist. 191.

Epist. 192.

Epist. 193.